

quod mereatur ipse consideret. Longo iam satis sermone in  
transgressores ordinis nostri vsi sumus: ad ea que restant  
nunc veniamus.

## Quemadmodum his diuinationibus monachorum apostasiam tantum obuiandum sit.

Cap. v.

**Q**uamquam et animus et ipsa necessitas contra  
destructores ordinis nostri copiam offerat inue-  
bendi: tamen cum presentes non sint: quod exhortationibus  
ad penitentiam reuocentur: satis in eos  
dictum existimo. Insensati sunt enim quicumque ordinis sui ho-  
noris tam nefarie opprimunt: quibus non verbis tantum, sed  
operibus censeo resistendum. Nam qui deum non timent: nostris co-  
hortationibus minime acquiescent. Eya nunc reuerendissi-  
mi patres, qui ad decorem ordinis nostri capitulariter conueni-  
stis: qui pro instauratione eius laboratis: ad mentem redue-  
cite pristinum illius statum, et in quantum sit deuolutus cala-  
mitate hoc tempore considerate. Ecce de manibus sancti bene-  
dicti cenobia rapiuntur: ordo noster ab inimicis dei in  
circuitu destruitur: ad seculum monachi reuertuntur: reli-  
gionem nostram lacerant impij: bonis nostris donantur alieni.  
Quid loquar de bellis intestinis: quod referam de malis ciui-  
libus? Virum non est (patres attendite) si focus confundi-  
mur: qui a nostris intus laceramur. Abbates nostri contra disci-  
plinam calcitrant: unitatem ordinis lacerant: statuta capitulo-  
rum negligunt: visitationes spernunt: censuras vestras (o pa-  
tres) contemnunt. Hos nisi quanto citius ad observantiam re-  
gulari studeatis reducere: non diu sub ordine poteritis  
retinere. Quid ergo dissimulatis? Quousque dormitis?  
Quando euigilabitis? Quando pro hereditate sancti bene-  
dicti pugnabitis? O patres patres armate vos zelo dei.  
ordinis et discipline quia tempus est: pugnate pro legitimis  
vestris: iura sanctitatis defendite: contra translationes ordi-  
nis viriliter stete. Ecce iam ab ordine nostro in sola puina-  
cia maguntina sex monasteria nostris temporibus translata